



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Epilogvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

## EPILOGVS.

**P**OST multos tandem labores, & uigilias, opere nostro ad finem optatum ducto, restat, ut illi à quo bona cuncta procedunt, & cuius fauore quicquid habemus, quamuis etiam modicum, accepisse fateamur, de accepto munere gratias debitas reddamus. Gratias igitur agimus, quas possumus maximas, omnium Creatori Deo Patri omnipotenti, Filioque eris Iesu Christo humani generis saluatori, simulque donorum omnium Largitori Spiritus sancto: quinetiam & Beatissima Virgini Maria, dei genitrici, eiusque diuina maiestatis propitiatrici, cui nostra omnia ut accepta serimus, ita etiam offerimus. Tibi etiam, qui post beatam Virginum Regnam spes mea es; & dulce solatium, Sanctissime Pater Benedicte, hoc quodcunque tibi munus humiliter offero & repræsento, quod ad honorem tuum, & tuigie Ordinis excelsionem factum dignoscis, ut illud tua Benedictione sancta Benedicere, & Seruatum (Filii appellatione indignum) in bonum digneris suscipere propositum, illum cum omni grege tuo assidue custodire & gubernare, & cum gaudio post hoc exilium in medio repræsentare Domino. Vos quoque, d. Sanctissimi Patres, Matresque sacratissime, qui beatissima nunc Dei uisione gaudetis, & quorum sanctis nominibus, sanctitate, doctrina, scriptis, & dignitatibus, hoc præfens nostrum opus exornatur, rogo, ut si uerò, si iuste, si dignè, si denique grate de uobis scripsimus, uestrarum precum intercessionem, ablato culpæ uero impedimento, sanctum in nobis propositum confirmetur, illuminetur intellectus, effectus purificetur, animaque tandem gaudiorum uestrorum particeps efficiatur. Quod si minus quid meritis uestris in nonnullis posuerimus, uiam nobis o. secretissimi, donate, quod enim erratum est, ignorantia fuit, non uoluntate. Tu etiam quicumque es humanissime Lector, in Domino obtestamur, ut præfatum tractatum, ea mente & uoluntate legas, qua compositum agnoscis, ne uel ampliatum contra nos mouearis, facile enim & libenter, uti in prologo dictum, corolliam cuiuscumque beniuoli lectoris, nos supplicamus, modo ueritatem, cum caritate synoniam curiam, solidam adferat. Si enim tamen hoc opus nostrum forsitan displicerit, si uel uelim, quod sicut amulis & maluosus displicere existimamus gloriosum; ita bonis & eruditus uiris placuisse multo gloriosius reputamus. Veniam amor. scripturam impetrabit, pro quibus, hoc graue onus, & haec ueniam, huiusmodi quoque nostris impar, intrepida ceruice subiimus.

Tandem ad Matrem meam Ecclesiam Sacrosanctam, Romanam, & Apostolicam suppliciter me conuertens, hoc scriptum (et quacumque alia, uel scripta, seu sermone, pra manibus enim est magnum et immensum quoddam opus detemporum, feruliarum, et aliorum in historijs dubiorum emendatione, quod propositum Deo fauente, in lucem emittetur) eius iudicio et examini humiliter submitto, ut illud sua dignitate trutinot, doctrina corrigat, et auctoritate approbet. Si quid uero quod absque eo dictum reperiet, quod eius doctrinae Sacrosanctæ, uel bonis moribus aduersetur, illud omne, tanquam non dictum sit, nunc pro tunc libentissime retrahat.

Deus Optimus Maximus, meritis illorum me consociare dignetur, quorum tropophos, et sanctitatem, et si minus quam uicibus, excolere optaui.

Ad S. Patrem BENEDICTVM, auctoris supplicatio.

Arboris hanc dixi tibi qui Pater Alme figuram,

Adque imos teneor, mole grauantem pedes.

Vnum oro quando superos me attollere Ramos

Non ualeo, extremis fas sit habere locum.

FINIS LIBRI QVINTI.